



Gonzalez

PHILOSOPHIA
ELEMENTARIA

1

B2185

G6

v.1

1894

009,670



1080014425

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

PHILOSOPHIA ELEMENTARIA



PHILOSOPHIA ELEMENTARIA

AD USUM

ACADEMICÆ AC PRÆSERTIM ECCLESIASTICÆ JUVENTUTIS

OPERA ET STUDIO

EMMI. AC RMI.

D. D. FR. ZEPHYRINI GONZALEZ

CARDIN.-ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS ORD. PRÆD.

VOLUMEN PRIMUM

LOGICAM, PSYCHOLOGIAM, IDEALOGIAM

COMPLECTENS



SEPTIMA EDITIO

APUD NOV. LIB. SANCTI JOSEPH

MATRITI

VIA VULGO DICTA ARENAL, 20

ANN. MDCCCXCIV



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON

Biblioteca Valverde y Tellez

46126

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

B2185

76

v.1

1894

Auctor sibi reservat jura proprietatis ad normam legum.



**FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ**

TYPIS VIDUÆ AC FILLE GÓMEZ FUENTENEbro,

VIA VULGO DICTA BORDADORES, 10.

LECTORI

Novissima secundæ hujus libri editionis verba hæc erant: «quosdam articulos addere, quosdam autem ampliare, hodiernis circumstantiis et recentioribus lucubrationibus respondententes, in votis nobis erat; sed quia nostro pastoralis munere impediti hoc perficere non valuimus, aliquas tantum explicationes et additiones, quas lector suis in locis reperiet, fecimus».

Et quidem, quod tunc, propter angustias temporis, facere non potuimus, postea, Deo favente, et prout Episcopalis officii curæ permisserunt, opere complevimus, tum scilicet paragrapha quædam et articulos amplificando, tum alia integre de novo addentes, quæ hodierno scientiarum progresui responderent; omnia verò cum brevitate sermonis, prout notionibus elementariis congruit.

Amplificationes autem et additiones, quæ majorem utilitatem præferunt, ad sequentes quæstiones referuntur—De origine et natura sermonis oralis et scripti—opiniones et theoriæ in universalium quæstione—Kant et Rosmini systemata circa prædicamenta et categorias—operationum intellectualium classificatio—natura et leges inductionis, seu methodus inductiva—methodi auxiliares et applicationes concretæ—De intellectu et ejus operationibus juxta quosdam positivistas—De animæ rationalis unione et ejus origine in

TOMUS I

I

009670

suis cum catholico dogmate relationibus— De materialismo in suo aspectu psychologico — conditiones causalitatis efficientis—substantiæ divisio—Recentiores pantheismi adseclæ — Darwinismi relatio cum doctrina catholica — Divisio et juris principales species — Doctrina scholæ rationalistæ et Ecclesiæ catholicæ de *Officio* in se spectato—De contractus natura et generali classificatione.

Juxta quod supra diximus, aliæ quædam secundariae ampliationes et modificationes hic omittuntur.

PRÆFATIO

SECUNDÆ EDITIONIS

Exhausta hujus operis prima editione, opportunum judicavimus, circa hanc secundam, quam aggredimur, sequentia animadvertere.

Ac primo quidem, præ oculis habentes copias minime abundare, sed potius carere, eos ferme omnes, qui ecclesiasticæ militiæ nomen præstant, manulem editionem studentibus accommodatam exequi decrevimus, unde et quædam minus necessaria vel resecare, vel in compendium revocare, curavimus.

Deinde, et præsertim, opus augemus et perficimus addendo quædam, quæ in priori editione desiderantur, agendo de juribus individualibus hodiernæ democratiæ, de morali independente, de jure proprietatis, quinimmo etiam, de aliis quæstionibus, quas similiter evolutas et illustratas lector observabit suis locis.

Quoniam autem variis de causis in prima operis editione multa irrepserunt menda, quæ in hac secunda corriguntur, nihil opus est animadvertere, quod in Philosophia Elementaria, quæ nunc in lucem secundo prodit, et prioris menda purgantur, et non pauca evolvuntur, et quædam emendantur, et plurima adduntur.

Cæterum, quod attinet consilium generale operis, idem